



**Commentariorum ac disputationum, in tertiam partem divi
Thomae tomi quinque**

Priorum vigintisex Quaestionum eius Partis expositionem complectens

Suárez, Francisco

[Köln], 1617

Censvra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93775](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93775)

FA CVLTAS R. P. PROVIN-
CIALIS PROVINCIÆ RHENANÆ
SOCIETATIS IESV.



Vm sacre Cæsaree Maiestatis Decreto, om-
nibus, & singulis Typographis, & Bibliopo-
lis, ac aliis, quamcunq; librariam negotiatio-
nem exercentibus, serio firmiterque inhibea-
tur, ne quisquam vlllos libros a nostris Patri-
bus hactenus editos, vel in posterum eden-
dos, intra sacri Romani Imperij, Regnorum
& Dominiorum suæ Cæs. Maiest. hereditariorum fines, simili
vel alio characteris genere, aut forma, siue in toto, siue in parte
recudere, vel alio recudendos mittere, aut alibi etiam impressos
adducere, vendere & distrahere, clam seu palam citra iudicium
ac testimonium supradictorum Patrum, audeat vel præsumat:
*Concedo ego Theodorus Busius Prouincialis Prouinciæ Rhenanæ Societatis
IESV, Arnolde Mylio Typographo Colonienfi, facultatem excudendi & dis-
trahendi Tomum primum Commentariorum in Tertiam partem D. Thomæ
R. Patris Francisci Suarez Societatis eiusdem. In cuius permissionis fidem ma-
nu propria his subscripsi. Moguntia X. Decembris Anni. M. DC. IV.*

C E N S V R A.

C Raviissimi ac sapientissimi Doctoris P. Francisci Suarez Societatis IESV, Dispu-
tationes & Commentaria Tomi primi in Tertiam partem D. Thomæ sedula, qua
potui, euolui diligentia: in quibus talis sententiarum vbertas, insignis resolutio, mi-
ra eruditio, tum etiam & inusitata quedam rerum varietas elucet, vt tanto viro, tanta indu-
stria, tanto denique ingenio dignæ censeantur. Ex quo facile deprehendi potest in eis non solum
nihil dissonum, verum potius multarationi, sacrarumque literarum veritati consona inueniri:
quæ si in mediam lucem producantur, maximum sunt Scholasticis & diuinorum librorum Pro-
fessoribus commodum, & vtilitatem allatura. In hoc Cœnobio nostro Patris nostri D. Augustini,
Mantue Carpentanæ, pridie Iduum Nouembris. Anno M. D. LXXXIX.

Fr. Gabr. Pinelus.

ALTERA CENSURA.

I N his quæ addita sunt ad tertiam Partem D. Thom. à P. Francisco Suarez
Societatis Iesu, in Academia Salmanticensi Sacre Theologiæ Professo-
re, nihil inuenio, quod sanæ doctrinæ aduersetur, sed quod potius doctis
Theologis vtile & gratum possit esse: quapropter in eorum vtilitatem
imprimenda censeo, Madriti, Nonis Iulij. 1595.

Petrus Lopez de Montoya Doctor
Theologus,

)? (2

ILLV-5